



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XI. Ein Kauffbrieff Marggraff Otten vnd Woldemarss vber die Dorffer Stolp, Bredereike, Rudow vnd Tangersdorff, sampt fünff Wispeln weitzen In der Mollen Zwischen Bredereike vnd Redelnstorff gelegen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XI. Ein Kauffbrieff Marggraff Otten vnd Marg. Woldemarſ vber die Dorffer Stolp, Bredereike, Rudow vnd Tangerſdorff, ſampt fünf Wiſpeln Weitzen In der Mollen Zwiſchen Bredereike vnd Redelſtorff gelegen vnd der Halben Mollen zu Stolp.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. Otto et Woldemarus, Dei gratia Brandenburgens, Landenbergens et Lusacens Marchiones, Vniuersi Christi fidelibus presens scriptum uisuris salutem in eo, qui est omnium uera salus. Necessaria est rerum gestarum descriptio, ne posterius obliuione moti denegare ualeant maturo priorum consilio stabilita. Eapropter constare uolumus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, Quod honorabili uiro domino Johanni, Abbati in Lhenyn, pro constructione noui Cenobii, quod Celiporta dicitur, Vendidimus has quatuor uillas Videlicet Stolp, Bredereyke, Rudouu et Tangerſdorp, quas quondam Redekinus, de Redere dictus, a nobis in pseudo tenuit, cum omnibus suis pertinentijs, scilicet agris cultis et incultis, aquis, piscationibus, uis et inuis, lignis, pratis, pascuis, areis ac ceteris alijs prouentibus ad eandem spectantibus, cum quibus etiam eidem Abati uendidimus quinque choros siliginis in molendino inter Bredereyke et Redelendorp sito et medium molendinum in Stolp et dimidium choros siliginis in molendino Scherpingedorp cum proprietate predictorum omnium de nostro ac nostrorum uerorum heredum consensu, absque omni precaria, angaria et perangaria et sine quolibet seruitio curruum seu uectigalium, quocumque nomine cenſeatur, ac etiam absque omni ordinaria petitione seu impetitione, que per nos aut per nostros officiales, Aduacatos uel bodellos temera presumptione fieri obliuione aut negligentia contingeret, iusto proprietatis titulo possidendas pacifice et quiete perpetuis temporibus et habendas, renunciantes simpliciter omni iuri et proprietati, quam in eisdem hactenus dinoscimur habuisse. Dedimus etiam ac donamus ipsi proprietatem stagni Crampiz cum proprietate sex stagnorum paruulorum innominatorum, Ita quod in his atque in premissis omnibus de cetero nihil iuris et proprietatis poterimus uendicare nobis aut cuiquam nostrorum heredum. Ne autem super his in posterum cuipiam dubium ualeat suboriri, presentes literas super eo editas duximus nostrorum sigillorum appensionibus roborandas, presentibus testibus idoneis, uiris nostris fidelibus: Conrado de Redere, Henrico de Stegelitz et Nicolao de Bwc, nostre curie Dapiferis, Johanne de Sydouue, Gryphecone et Ludolpho de Arnedorp, militibus, Henrico, preposito in Granſoy, Johanne de Hardsdorp et Guerhardo, nostre curie Cappellanis, ac quampluribus alijs fide dignis. Actum et datum in Werbelin, Anno domini Milleſimo trecentesimo septimo, in Craſtino beati Valentini martiris.

Collatinata est hec presens Copia per me Eras. Seydell et concordat cum suo uero Originali, quod attestor hac mea manu propria.

XII. Einn Kauffbrieff Marggraf Woldemarſ, In Vormundtschafft Marggraf Johanſen etc., darin er dem Cloſter Himmelpforten verkaufft die Mollen zwiſchen Redelſtorff vnd Bredereyke vor 230 Mark Brandenburgiſch Wehrung. Zu diſer Mollen werden auch etzliche Pawren vnd Dorſſchaften verpflichtet, wi daraus ferner Zu erſehen.

In nomine Domini Amen. Ne ea, que aguntur in tempore, ſimul cum tempore ab hominum memoria dilabantur, expedit eadem ſaltem literarum teſtimonio in noticiam deducere poſteriorum.